ihrlm et iuda iudice prophetam et principem. Item ihc propheta filius beziri 3° c. Erunt filii israel
sine principe et sine lege. Item dauid dicit ad syon et ecclesiam. Numquid syon dicit homo et homo natus est in ea et
ipse est altissimus qui fundauit eam. In verbis istis propheta nouit mariam nouem ciuitatis et dicit quod homo natus
est in ea et non dixit illi israelite vel illi ut intelligatur ut filius marie non fuit unquam in lumbis
alicuius hominis et in 2° regum c. 7° hoc manifeste declaratur. Cum dicit deus dd. Cum compleueris dies
tuos et dormieris cum patribus tuis suscitabo pro gemine tuo post te que egredietur de utero tuo et
ego ero illi in patrem. Et ipse erit michi in filium. Et notandum ibi quod numquam fuit possibile quod aliquis filius egredi-
etur de utero patris sui sed expresse ibi ponit quod xpc foret concipiendus per semen descisum a lumbis patris
sicut ceteri homines tam ad dd quam ab hominibus aliis descendentibus ab eo. Item dd ps. 120. Ex utero
ante luciferum genui te. Ac si deus fortis et gloriosus diceret de xpo suo qui de voluntate sua que est spiritus
sanctus genuerit eum non de semine producendi ipsum. Ergo dicit ex utero quia xpc tantum natus est ex utero sine
semine viri preter solitum cursum nature et hoc est doctrina xpianorum que non intrat capita iudeorum. Item
dd describit xpm esse per eundem modum nasciturum cum dicit in ps. 131. Iurauit dominus et non penitebit
eum de fructu ventris tui ponam super cronum tuum. Confirmatio dictorum per autoritates sarracinorum.
Unde quia hec omnia veritate consonant concludit samuel qui aperte fuisse in fide catholica licet catha-
cumenus cum non aperte ipsum regeneratum per baptismum dicens licet dicta sarracenorum nobis fidem non faciunt quia
digni sunt derisione eo quod alchoranus peritissimus nobis in dictis suis manifeste implicat contradictionem.
Sed quia dicta eorum in multis sunt consona fidei xpiani et euangelici veritatis ideo ex dictis sarraci-
norum aliqua sunt notanda et maxime illa que sarraceni dicunt de ihu et maria mater eius. Dicit enim
sarraceni dicunt quod xpc sit ille messias quem prophete predixerunt esse venturum et preponunt ipsum macha-
meto eorum deo quantum ad genealogiam. Fatentur enim quod parentes et proaui machameti fuerunt ydolatrie
et de semine agar ancille sed dicunt quod messias fuit filius ysaac et prophetarum et iustorum sanctorum in recta
linea usque ad mariam matrem eius. De maria vero sic dicit in alchorano. Dixit angelus ad mariam
O maria deus elegit te gratia et preelegit te super mulieres omnium seculorum. Et ponit te quasi unum me-
dium diuidens inter omnes terrenos et inter angelos deo in paradiso deliciarum. Dicunt etiam sarraceni
quod xpc siue messias habuit potestatem a deo faciendo miracula sanandi omnem languorem et eiciendi
demonia mortuos suscitandi et scivit omnia secreta cordium. Et credunt omnia miracula que ihm
fecisse euangelium que moritur. Dicit in alchorano quod ex te o ihu est verbum dei et hoc sine verbum dei est
ihc apud sarracenos quasi nomen proprium ita quod nullus alius vocatur hoc nomen nisi ihc solus. Item in alchorano
sic dicit o ihu ego sum sufficientia tua ego leuabo te usque ad me et purificabo te ab infidelibus. His
premissis concludit rabi samuel ad rabi ysaac sed dato quod dicta sarracenorum et alchorani nobis fidem
non vincant. Quid dicamus de euangelio xpianorum quod nichil continet contra prophetas et legem nostram sed manifes-
te continet dicta omnium prophetarum et promissionum que in lege continentur sumendo ea spiritualiter per doctrinam continet
xpiana et ideo recurrendum est et maxime super premissis propositis que habentur ex prophetis. Sed de alchorano
testimonio non est curandum sed solum introductum ut appareat quod omnes litere xpiane consonant veritati et fi-
dei que etiam applaudunt testimonio ipsorum. Notandum quod iste libellus videtur occultatus fuisse per iudeos
per 26 [illegible] annos quod patet ex eo quod rabi samuel anno 1000 post excidium ihrlm partitum quod fuit 42
anno post passionem xpi qui passus est 33 etatis sue anno 2° anno nativitatis domini 1451 fuit scriptus
per rabi samuelem in lingua arabica. Fuit autem translatus anno domini 1339.

Josephus hebreorum historiographus. Confirmatio per autoritates paganorum.

Fuit hiis temporibus ihus vir sapiens si tamen fas est eum virum nominari. Erat enim mirabilium operum effector
et doctor eorum qui libenter ea que vera sunt audiunt. Xpus hic erat. Hunc accusatione primorum gentis
nostre virorum cum pilatus in crucem agendum esse decreuisset non destruerunt cum hii qui ab initio eum
dilexerunt apparuit eis iterum viuus. Sed et in hodiernum xpianorum secta que ab ipso nuncupata est et
nomen perseuerat et genus. Sequuntur post autoritatem iudei prophetie gentilium de cristo ihu